



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Epistola Pastoralis Illustrissimi Ac Reverendissimi Domini
D. Humberti Guilielmi A Præcipiano, Archiepiscopi
Mechliniensis**

**Precipiano, Humbert Guillaume de
Lovanii, [1692]**

Caput XVI. De Pœnitentiis manifestis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39186

(31)
C A P U T X V I .

De Pœnitentiis manifestis.

VNum penè exciderat , quod ad multas reis impo-
nendas spectat , & ad sigillum Confessionis arctius
servandum facit , undè neque hic non erit dictum in
loco , videlicet , quod Rituale Romanum & Pastorale Me-
chliniense monet : *Pro peccatis occultis quantumvis gravibus
manifestam Pœnitentiam non imponant ; ut enim quemadmo-
dum egregiè (a) Synodus Tridentina observat , non satis con-
sultè humana aliqua lege præciperetur , ut delicta præsertim se-
creta publicâ essent Confessione aperienda ; ita prorsus foret in-
consultum , ne quid dicamus gravius , adigere pœnitentes ,
ut secreta delicta , quantumlibet enormia , publicâ satisfactione
expient . Quid enim est pœnitentis crima revelare , ut lo-
quimur , indirectè si hoc non est ?*

C A P U T X V I I .

Decretum vetus Colonense circa superiora.

IUvat hīc inferere , quæ ab annis jam quadringentis Sifri-
dus Colonensis Antistes sapienter decretivit adversus ex-
cessus ejusmodi , celebratā in hunc finem Synodo : ubi hæc
habet inter alia , quæ longum forer describere : (b) *Diligenter
in Confessione caveant Sacerdotes , ut si confitentes peccata ali-
orum revelaverint , vel nomina eorum indicaverint , cum
quibus peccaverunt , ea secretè teneant , sicut peccatum confitentis .*

*Item sub pœna excommunicationis , omnibus Sacerdotibus in-
hibemus , ne à confitentibus nomina eorum cum quibus pecca-
verint inquirant , vel circumstantias , per quas possint nomina eo-
rum sciri . Quod si fecerint , ab officio Confessionis audienda , &
Sacerorum Mysteriorum , ipso facto se neverint esse suspensos : &
in principio confessionis Sacerdotes districtè inhibeant confitenti-
bus , ne peccata aliorum confiteantur vel revelent & nomina eo-
rum cum quibus peccaverint , exprimant , ut supra dictum est .*

*Item nullus Sacerdos in ira , odio vel etiam metu corporis con-
fessionem confitentis audeat revelare verbo , vel signo , generali-
ter vel specialiter , dicendo : ego scio te tales , qualis es : & se-
velaverit aliquo modo , de hoc convictus debet absque omni misé-
ricordia*

(a) *Sess. 14. c. 5.* (b) *Ex editione Labbei tom. II. p. I. col. IIII 7.*